

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2986

Auteur(s) : Henri Ier Beauclerc, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Saint-Évroult-Notre-Dame-du-Bois, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1107-1135]

Lieu d'émission : Caen

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Charte de Henri Ier en faveur de Saint-Évroult.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Le Prévost Auguste, *Orderici Vitalis angligenae, coenobii uticensis monachi, historiae ecclesiasticae libri tredecim*, Paris, J. Renouard et Socios (Société de l'histoire de France), 1838-1855, 5 vol., t. 5, Appendix, n° IX, p. 200-201.
- b. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissay, 1869, t. 3, p. 377 (extrait).

Texte établi d'après a

H. Dei gratia rex Anglie et dux Normannie archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, baronibus, justiciis, ballivis, ministris et omnibus fidelibus suis, salutem. Sciatis me, ad petitionem dilecti et fidelis mei Nigelli de Albigneio, concessisse et presenti carta mea confirmasse abbati et monachis sancti Ebrulfi duas partes tocius decime de Villaris, garbarum videlicet, lini, canabi et leguminum et ortorum et fructuum omnium virgultorum ejusdem ville et omnium de quibus decima juste dari debet, habendas et possidendas de dono et largitione predicti Nigelli mea que concessione et confirmatione in perpetuam, liberam et quietam elemosinam, ita quod de ea nemini preter Deum servicium aliquod facere tenebuntur. Concedo preterea et presenti carta mea confirmo prefatis abbati et monachis subscriptam conventionem inter eos et sepe dictum Nigellum in presencia mea factam super villa que Culleium dicitur super Olnam. Concesserunt namque idem abbas et monachi memorato Nigello quicquid habebant in supradicta villa, quam de dono dominorum [de] Grentemesnil in elemosina possidebant, tenendum de ipsis abbate et monachis in feodum et hereditatem, excepta ecclesia cum duabus omnium decimarum suarum et molendinorum ejusdem ville partibus, ita quod per eorum manum et submonitionem servicium unius militis quod inde michi debetur faciet prefatus Nigellus in meis negociis et exercitiis, et pro relevamento terre et regalibus serviciis et taliis abbacie sancti Ebrulfi a me vel heredibus meis concessis, licebit prefatis abbati et monachis in eadem villa justiciam suam facere quociens sibi viderint expedire, nec poterit idem Nigellus vel heredes ejus milites vel alios homines ejusdem ville ad alias consuetudines trahere quam ad eas quas de jure debebant abbati et monachis sancti Ebrulfi facere, quin abbas et monachi, si clamorem inde fecerint, justiciam super eum faciant in illa villa donec congrue emendetur. Similiter et pro omnibus forifacticis aliis et emendis ipsius Nigelli versus abbatem et predictos monachos. Quare volo et firmiter precipio ut supradicta omnia ab utraque parte ita pacifice et quiete teneantur sicut unquam aliquis homo melius et honorificencius de

me aliquid tenuit. Testibus me ipso, Ricardo Baiocensi et Johanne Lexoviensi episcopis, et Nigello de Albigneio.
Apud Cadomum.